

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Tertij ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISTIN. XI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150218

A sine gr̃a habituali, posset Christus secundum naturam humanam non habere ius in hereditate illa, sed si ista gratia habitualis fuisset collata illi naturæ in primo instanti, existenti tamen in proprio supposito, illud suppositum vere diceretur filius adoptiuus. ergo & modo non negabitur propter extraneitatem, quia modo est illa carentia iuris ad illam hereditatem, quæ tunc fuisset. Responsionem quære.

Additio.

✱

Ad istam instanciam dici potest (tenendo quintum modum dicendi) quod negatio extraneitatis in Christo non est propter gratiam habitualementem, quam in secundo instanti habuit, sed est propter dispositionem necessariam insequentem generationem talem humanæ naturæ de congruo, & hoc ex vi unionis illius naturæ ad verbum, quæ dispositio non fuisset consecuta talem naturam in supposito proprio.

aliorum.

✱

SOLET ETIAM QVÆRI & c.

DISTIN. XI.

Ex solutione sequens posset alia ratio assignari hic. * personam filij respicientium, & pertinentium ad defectum queruntur tria. Primo, utrum Christus sit creatura. Secundo utrum Christus secundum quod homo, sit creatura. Tercio, utrum Christus incepit esse.



IRCA istam vnde citamur distinc. in qua magister agit de communicatione idiomatum ad personam filij respicientium, & pertinentium ad defectum queruntur tria. Primo, utrum Christus sit creatura. Secundo utrum Christus secundum quod homo, sit creatura. Tercio, utrum Christus incepit esse.

Utrum Christus sit creatura.



IRCA primum arguitur quod sic, in Christo est natura humana, sicut diuina & per consequens proprietates utriusque naturæ secundum Damascen. s. o. ergo ita de creatura per unam naturam, sicut creator per aliam. Præterea, Christus est homo est prædicatio in quid secundum illud extra de heret. c. cū Christus. quare quid prædicatur hoc prædicatum homo, aut aliquid creatum, aut aliquid increatum, si increatum. ergo idem formaliter prædicat homo de Christo, quod prædicat hoc prædicatum Deus, hoc est falsum, quia tunc idem formaliter esset dicere, Christus est homo, & Christus est Deus. igitur prædicat aliquid creatum.

Præterea, Christus est homo, aut ergo creatus, aut increatus. ista sunt immediate opposita circa omne ens, si sit homo increatus, est homo æternus, si homo creatus, propositum.

Præterea, de quo prædicatur inferius & superius, siue illud sit superius essentiale in eodem genere, siue communis extra genus, sicut de quo dicitur ignis, & corpus & creatura, quæ est superius ad omne aliud a Deo, videtur. ergo de quo dicitur homo, de eodem dicitur creatura.

Præterea, Christus ratione corporis est conceptus. ergo ratione animæ creatus est creatus. Consequentia probatur, quia non minus denominatur totum a proprietate partis perfectioris, quæ a proprietate partis minus

minus

A minus perfectæ. ¶ Contra hoc in litera sunt auctoritates. ¶ Itē, omnis creatura rōnalis est fili-
Bar. quia
multum in
scilicet est
filius Dei
ti. q. ergo
non potest dici,
vel esse
se creatura.
¶ Item, si Christus
est creatura,
& Christus est fi-
lius Dei.
ergo filius Dei est crea-
tura.
modus arguendi est bo-
nus,
quia medio existente hoc
aliquid, necesse est extrema con-
iungi.
ergo &c.

¶ Præterea, nihil creatum di-
 citur de Christo. probō, quia ni-
 hil est creatum in Christo, nisi
 natura humana. ista natura non
 dicitur de Christo. ergo &c.

HIC DICITVR ¶ ista
 propositio. Christus est creatu-
 ra, est neganda, quia communi-
 catio idiomatum non fit in his
 ubi est repugnantia proprietati-
 bus vnius naturæ ad aliam natu-
 ram, talis est hic. quia creatura
 includit inceptionem esse, & ita
 repugnat æternitati, quæ est pro-
 prietas filij Dei.

CONTRA, non plures repug-
 nant illi naturæ esse post non
 esse, vel incipere esse, quam non
 esse post esse, vel etiam desinere
 esse, quia vtrunque repugnat æ-
 ternitati, sed Christus concedit-
 ur mortuus. cum tamen mortu-
 um esse dicat, non esse post
 esse, quia non vivere post vive-
 re, & vivere viuere est esse.
 2. de anima. igitur.

¶ Præterea, mortale & immor-
 tale ita opponuntur formaliter,
 sicut creatum & increatum, &
 tamen ambo dicuntur de Chri-
 sto. ¶ Præterea, ita formaliter na-
 tura creata repugnat esse crea-
 torem, vel æternam, sicut repu-
 gnat ætarno incipere. ergo & que

negabitur Christum esse creato-
 rem propter repugnantiam ad
 vnam naturam, sicut esse crea-
 turam propter repugnantiam
 ad aliam.

ALITER DICITVR

¶ non fit communicatio idio-
 matum in negationibus, neque
 in his qui dnt respectum vnius
 naturæ ad aliam naturam. ¶ Pri-
 mum apparet, quia aliter dice-
 rentur absolute contradictoria
 de Christo, quia negatio aliqua
 conuenit vni naturæ, cuius op-
 posita affirmatio inest naturali-
 ter ratione alterius, puta natu-
 ra diuina est æterna, natura hu-
 mana non est æterna, sed si per
 hoc Christus diceretur nō æter-
 nus, Christus diceretur æternus,
 & non æternus. negationes ergo
 quæ insunt ratione alterius,
 naturæ. s. humanæ, quia insunt
 secundum quid, puta cum de-
 terminatione distrahente, non
 denominant simpliciter illud
 de quo dicuntur. ¶ Similiter se-
 cundum. s. de dicentibus respec-
 tum vnius naturæ ad aliam de-
 clarat. non. n. si natura humana
 est assumpta, dicit Christus assum-
 ptus. creatura enim non tantū
 includit negationem s. non esse
 ante esse, sed includit respec-
 tum vnius naturæ ad alteram
 sicut ad illam, a qua accipit
 esse. ergo ista non dicuntur de
 toto.

CONTRA, sicut creatura
 dicit respectū vnius naturæ ad
 aliā, vt naturæ humanæ ad diui-
 nam. Ita videtur quod creator
 dicat e conuerso respectum na-
 turæ diuinæ ad humanam. ergo
 si ista quæ dicunt respectum
 non dicantur de toto, Chri-
 stus non erit creator. Negatio
 etiam aliqua potest inueniri,
 quæ

Henri. in
 sum. s. bo.
 ubi supra
 vide Tb.
 3. par. 9.
 16. ar. 8.

D

1. cap.

A quæ importetur per hoc nomē, quod est creator, puta non accipere esse post non esse ab alio, sicut in hoc nomine creatura. igitur sicut Christus non dicitur creatura propter negationē inclusam, ita nec dicitur creator propter eandem rationem.

¶ Preterea, Christus est minor patre, hoc conceditur absolute, ut dicit Ioan. 14. & tamen hoc dicit respectum vnius nature ad aliam, quia non est minor patre, nisi secundum naturam humanam, ergo &c.

*Var. pr. 4.
sen. ds. q.
11.*

ALITER DICITUR

quod propositio est simpliciter concedenda, si bene intelligatur, negabatur tamen contra a sanctis propter hæreses hæreticorum dicentium Christum esse purā creaturam, cum quibus noluerunt sancti communicare in sermone. ¶ Quod autem absolute de virtute sermonis possit concedi, probatur per Damasc. c. 50. qui dicit, quod Christus est creatus, & increatus, passibilis, & impassibilis. Et per eundem c. 97. conceditur creatura Dei, & per Aug. de sermone Domini in monte, voluit esse creaturam, qui est creator. Et Hiero. super Epistolam ad Ephesios super illud. Ipsius factura sumus, dicit. Multi timore trepidant ne Christum creaturam dicere compellantur, nos autem proclamamus non esse periculum dicere Christum esse creaturam.

*Lit. 4. ca.
10.*

Cap. 2.

CVI ISTA opinio non placet, potest dicere ipsam esse falsam propter istam rationem, quia creati dicit quoddam fieri, ita quod ultra fieri addit aliquid, & quantum ad respectum, quem dicit fieri ad causam efficientem, & quantum ad illum respectum

quem dicit ad oppositum præcedens. ¶ Quo ad primum, fieri respicit efficiens in cōi, sed creati proprie respicit primum efficiens, ut immediate producat, ita quod nihil dicitur proprie creati, nisi quod a solo primo efficiente immediate producat ad esse.

¶ Quo ad secundum, fieri dat intelligere oppositum præcedens qualecunque, siue positivum, siue privativum, sed ultra hoc, creati proprie sumptum, addit quod oppositum immediate præcedens sit contradictorium, puta negatio non in aliquo subiecto, ita quod nec privatio nec contrarium.

¶ Hoc modo a creati stricte accepto, illud dicitur stricte creatura, quod accipit esse a primo efficiente immediate, & post omnino non esse, siue post purum nihil, & sic non esset dubium, Christum non esse creaturam, quia nec humana natura in Christo est sic creatura. Ipsa enim non a solo primo efficiente immediate producebat in esse, sed et a matre, quod aliquā calitatem habuit respectu eius, neque et post oppositum contradictorium, quod est omnino non ens, vel nihil, sed post oppositum privativum, quoniam si materia corporis transmutabatur a forma sanguinis ad formam corporis organici animati. hoc enim modo solummodo Angeli, & anima in intellectu, & gratia & quodam homini, quod de nihilo producuntur a primo efficiente dicuntur creati.

¶ Alio modo generalius accipitur creati, prout dicitur habitudine ad primum efficiens, licet non ut immediate producat excludendo omnem causam, dicitur et ordinem ad oppositum præcedens. Negationem, sed non excludendo,

do,

A do, q̄ sit in aliquo susceptiuo.

Et a creati hoc mō generalius dicto, dicitur creatura generali ter de omnibus aljs a Deo præ ter quā de Christo. omnia. n. alia a primo efficiente recipiunt esse, & dñr creati, licet etiam sint effectus aliarum causarum, non sū dicuntur aliarum causarum creaturæ, quia creatura isto mō non dicit relationem ad aliquā causā secundā. accipiunt et esse sui primum post non esse, siue illud sit nihil, siue in aliquo susceptiuo. ¶ Esse autem primū alicuius, dupliciter potest intelligi. ¶ Vel illud, quo totum dicitur primo ens, hoc est adæqua te, sicut humanitas dicitur pri mum esse corporis organici ani mati, quia hoc totum esse quod con surgit ex vnione istarum par tium, est esse adæquatum to tius. ¶ Alio modo esse primum alicuius pōt dici esse primū par tis alicuius, in illo toto. puta si corpus organicum præcederet ductione animationem primū esse hominis hoc modo esset esse corporis organici, quæcun que ergo creatura accipit esse primum altero istorum duo rum modorum post non esse, vel totale, vel partiale prima par tis, & ideo si corpus organicum fuisset ab æterno inanimatum, & in tempore animaretur, totus homo diceretur creatura, licet non accepisset totum esse post non esse, quia esse alterius par tis est æternum, sed primum esse totale. ¶ Christus autē nul lo modo accepit primū esse sui post non esse, quia neque primū esse totale, quod resisteret ex natura diuina & humana, quia nullam tale est secundū Dam.

Th. 1. c. 49. Quia tunc non manerent

ibi iste natura nisi confusa, sed C sicut sunt due distinctæ nature. a. l. non. ita duo esse distincta, neque pri mum esse partiale, vt esse ver bi, quia illud est æternum, de ficit ergo sibi habitudo illa, quā necessario dicit creatura ad op positum præcedens, quæ est q̄ post non esse sequatur esse, vel primum partiale. si nullum habet totale, vel esse totale ip sius quod creatur, sic non est in proposito.

C O N T R A I S T A M ra tionem obijcitur sic, quia quic quid est terminus alicuius mu tationis, pōt esse terminus crea tionis, natura humana in Chri sto quæ terminauit generatio nem, potest esse terminus mu tationis generaliter dictæ, & per consequens pōt esse termi nus creationis generaliter dictæ. ergo Christus secundum q̄ ha bet eam est creatura, non. n. v. q̄ D creatio plus respiciat primitatē esse, p termino suo, quā quæ cunque alia mutatio pro termi no suo, cum ipsa possit habere pro termino quicquid potest alia mutatio habere pro termi no suo. ¶ Præterea. Christus ve re dicitur mortuus, quod vere dicit priuationem esse. & priua tionem primi esse, vt videtur, q̄a non magis vnum oppositum po nit acquisitionem primi esse, q̄ aliud priuationem primi esse. ¶ Ad primum concedo, q̄ natu ra humana pōt terminare crea tionē generaliter dictā, & termi nauit eā. vt ipsa vere dicat crea tura. Nec tamen propter ipsā Christus dñr creatura, quia esse propriū vel primum huius na turæ hō est esse primū Christi, & iō esse primū huius naturæ le quic esse primū Christi, q̄a esse

A verbi, & aliud esse primū nō pōt
xps habere. ¶ Et cū dicit q̄ ista
mutatio. scilicet creatio nō magis po
nit primū esse termini acquiri,
q̄ aliqua alia mutatio. ¶ Dico, q̄
hoc est falsum, quia istam speci
ficationem addit creatio ultra
alias mutationes, vt sicut aliqd
non esset creatura, si esset tantū
a secunda causa, pro eo q̄ crea
ri dicit respectum ad primum
efficientem, & tamē potest dici ge
nitum respectu causae secundae.
similiter licet per generationē
acquiratur aliquod esse simpli
citer, si tñ illud non sit primum
esse geniti, & ēt primum esse ge
nitū sequatur non esse tale geni
tū, nō dicitur creatura, & ideo
non sequitur, Christus est geni
tus, prout pradicatū conuenit
ei ratione naturae humanae. ergo
est creatus, nec ēt in alijs sequit
P formaliter, ignis est genitus,
ergo est creatura gñaliter, nisi
grā materiae, quia esse simplici
ter terminās generatione ignis
est primum esse ipsius, quod dī
genitū. ¶ Ad secundū dico, q̄
mortuū non priuat primū esse
Christi, sed esse simpliciter qd
est viuere, ita ēt gñari dicit acq
sitionē esse simpliciter, sed non
necessario primi esse, vnde vere
concedit, Christus mortuus, si
cut genitus tēporaliter. non tñ
cōcedit annihilatus, q̄a sicut nō
dī creatus. ita nō dicitur annihila
tus, q̄ enim opponit creationi
dicit annihilationē primi esse.

A D I S T A M conclusionē
etiā ponitur alia ratio talis, q̄a
illud denominatiuum quod na
tū est denominare gñaliter mul
ta, puta totū, & partē, accidēs, &
subiectū, nō denominat totū p
partē, neque subiectū p accidēs,
ēst vñ quod natū est dici de

subiecto & accidente nō deno
minat formaliter subiectū p ac
cidēs, non. n. dī fortes vnus vni
tate accidentis, vt albedinis, ita
q̄ si albedo sit vna, & fortes erit
vnus. & si albedines plures, for
tiores, quia fortes est tñ vnus,
ergo cum hoc quod est creatu
ra, natum sit dici generaliter de
entibus tam de supposito, q̄ de
natura, non denominabit suppo
sitū ratione naturae, nisi conue
niat supposito propria denomi
natione, nullū autē modo conue
nit huic supposito, nisi quia de
nominat ipsam naturam, & per
ipsam non potest denominare
suppositum. igitur &c. ¶ Et per
hoc patet quare Christus dī ge
nitus tēporaliter, & nō creatu
ra, q̄a gñari denominat naturā.
& mediāte natura natū est de
nominare suppositum creatura
nata est denominare vtrūque p
pria denominatione. & ita neu
trum est ibi ratio qua respectu
alterius.

A D A R G V M E N T A.
¶ Ad primū dico, q̄ illud qd na
tū est denominare suppositū rō
ne naturae, pōt dici de isto sup
posito. puta viuere, intel ligere,
comedere &c. sed creatura non
est tale denominatiuum. Exem
plum. hō secundū caput dī cri
spus, nō tñ s̄m caput dī triangu
latus, vel rotundus, quia primū
denominatiuum natū est denomi
nare partē & per illā totū, secun
dū vero nō. ita esse creatorē na
tū est denominare naturā, & sup gñ
positū rōne naturae, nō sic crea
tura. ¶ Aliter pōt dici secundū
primā rōnē positā ad q̄onē. q̄ sicut
creator non dicit aliquid repu
gnans naturae, vel huic supposito
ro, sicut creatura. creare enim
est dare esse prima causalitate
posit

A post non esse. hoc Christo non repugnat. creati est accipere esse primum a primo efficiēte post non esse, hoc Christo repugnat. ¶ Ad aliud concedo qd hō prādicat aliquid de Christo, & illud est creatū, & creatura. ita qd de illa natura vera dr creatura. sed non sequitur. qd de Christo, si enim medium accipitur in maiori in abstracto. & in minori dicat de Christo in cōcreto, erūt quatuor termini. ¶ Ad aliud potest dici, qd est homo creatus. ita qd ly creatus, distrahatur ibi per hoc qd est homo vt dicat creatus homo, & tunc non sequitur. ergo est creatura, sed est fallacia secundum quid & simpliciter, sicut hic sortis factus est albus ergo est factus. ¶ Aliter potest dici qd diuisio est insufficiens, quia licet quodcunque vñ diuidat in se p alterū istorū, nō tñ quod in se implicat duo. scilicet naturam & suppositū, quia rōne nature repugnat sibi vñ, & ratione suppositi repugnat sibi aliud. ¶ Ad aliud dico qd quācunque quidditas in abstracto pertinet ad quodcunque genus habet creaturam pro superiori denominatione, sicut & hoc quod est esse effectum, sed non omne concretū cuiuscunque generis habet creatū pro superiori, sed tātum illud concretū cuius primū esse est esse illius denominatiui. i. cuius primum esse est creatum. sed esse primum Christi nō est creatum, nec primū totale, nec primū parziale, sicut esse creaturam non est superius ad esse album. vt propter hoc dicat sortis est creatura, qd albedo est creatura. sed ex alia rōne prior. vñ licet de albedine dicat creatura, nō tñ de albo, si albū nō

est esse primum illius, de quo dicitur. ¶ Ad aliud patet, qd dicitur genitus, & conceptus, quia ista nata sunt denominare totum ratione natura, ita qd respectu istorum natura est vt quo respectu totius, non sic autem respectu huius predicari quod est esse creatura. oportet enim qd propria denominatione dicatur de supposito alio absolute, quia dicitur de natura, aut saltem competere supposito ratione primi esse eius.

QVÆSTIO. II.

Vtrum Christus secundum quod homo sit creatura.



ECUNDO quaeritur. Vtrum Christus secundum qd homo, sit creatura. Quod sic videtur, quia secundum qd homo est aliquid non increatū, quia tūc homo prādicaret idem de Christo quod Deus, quod est falsum. ergo prādicat aliquid creatum. ergo est creatura. ¶ Patet. rea. s. phy. qd conuenit toti fm partē, dr de toto. sicut hō sanat, qd thorax sanat. ergo cū nature humane cōueniat esse creaturā, hoc dicitur de Christo & maxime cum determinatione illius nature. ergo simpliciter dicitur qd Christus est creatura scdm qd hō sicut simpliciter verū est dicere qd hō sanat scdm thoracē. ¶ Cōtra. si fm qd homo est creatura. ergo secundum qd iste homo, quia nō est alius homo qd iste homo, sed si secundum qd iste homo est creatura iste homo est creatura. probatio cōsequētia, qd de eo qd sequitur re-

du-

Argumenta
ta vv. fil
ui possant
ex solutio
ne qd. se-
quentis.

D

A duplicatione absolute pōt enūciari pradicatum, sicut si homo secundum q̄ coloratus videtur, coloratum videtur. ergo si secundum q̄ iste homo est creatura, vere iste homo est creatura. cōsequens est falsum, quia secundum Damia. sō. c. Iste puer creauit stellas. ergo est creator, & ita non est creatura. ¶ Præterea. si Christus secundum q̄ homo est creatura. igit̄ simpliciter est creatura. consequens est falsum ex precedenti questione. probatio consequentis, quia quod enunciatur de supposito cum reduplicatione speciei, enunciat de eodem simpliciter. sicut si * Petrus est in quantum homo, ergo Petrus est simpliciter. ita in proposito. igitur &c.

a. l. quod.

B R E S P O N D E O, quando Regulapula *cherima.* *propositio affirmatiua est falsa ex repugnantia extremorum, quacunque determinatione, vel reduplicatione addita, quæ non tollit repugnantia eorum, non tollit rationem falsitatis illius. reduplicatio autē proprie sumpta non diminuit alterum extremum, quia est determinatio extremi ad extremum. ergo ipsa non verificat aliquam propositionem quæ sine reduplicatione fuit falsa, tamen si addat alteri extremo vt predicato aliquid distrahens ipsum vt distractum non repugnet alteri extremo, sicut prius repugnat non distractum, potest propositio cum tali determinatione distrahente, esse vera, & non sine ea, sicut si albus simpliciter repugnet ethiopi. & propter hoc erit hæc propositio falsa. ethiops est albus. &c.

Tarto. ex hoc patet hic ethiops, * in quantum homo est albus, addito tamē eo quod *dige rēta* est secundum dentes ad præ-

dicatum, per quod distrahitur ipsum pradicatum, & tollitur distrahens repugnantia eius ad subiectū. *videtur.* propositio est vera, quæ tamen *non* sine additione non fuit vera. *de cap.* ¶ Ad propositum, si secundum reduplicatiue neutrum eorum, *quid* distrahitur, & ita non tollitur repugnantia si qua est. & ita nō est magis est ista vera Christus secundum q̄ homo est creatura quam ista, Christus est creatura, quia vtrobique manet eadē ratio falsitatis. sed si addat ista determinatio secundum q̄ homo, alteri extremo, puta predicato vt distrahatur ipsum respectu subiecti tolleretur illa repugnantia predicati iam distracti ad subiectum quæ fuit predicati simpliciter sumpti ad subiectum. hæc ergo propositio accipiendo ly secundum q̄ proprie, vt est nota inherente reduplicationis predicati, falsa est. secundum autem q̄ specificat siue distrahit ipsum prædicatū vt notet creationem secundum quid sic potest concedi. quamuis tamen sit impropria, & exponenda per istam, Christus secundum humanitatem est creatura. Exemplum huius patet in illo exemplo de ethiopo comparato ad albedinem, quia sicut ista est falsa. ethiops est albus, ita ista. ethiops secundum q̄ habens dentes est albus, secundum q̄ propositio est proprie reduplicatiua. ista tamen est vera. ethiops est albus secundum dentes, & hoc secundum q̄ habens dentes, si istud secundum q̄ distrahatur prædicatum, tamen sic non est propria.

A D A R G V M E N T A.
¶ Ad primum principale dico,
con-

a. l. duc

A concedendo qd est aliquid, & po-
test concedi qd est aliquid crea-
tum secundum qd homo, quia
tunc distrahitur predicatum p-
ly, sedm qd homo, sicut athiops
est albus secundum dentes, sed
tunc non sequitur simpliciter.
ergo Christus est creatura, sicut
nec alibi, ergo est albus. sed igitur
fallacia secundum quid & sim-
pliciter. ¶ Vel dici potest qd est
aliquid increatum, quia aliquid
non ibi stat tantum pro natura,
sed p denominatione illius. s. na-
ture. Illud autem aliquid potest
dici increatum rōne suppositi, qd
denominatur a natura. Nec se-
quitur qd idem predicaret ho-
mo de Christo quod Deus, qd
ut Deus predicaret de ipso Chri-
sto esse increatum per se, & essen-

tiatiter. homo autem tantum de-
nominatiue. ¶ Ad aliud dico qd
si opposita possunt inesse * per
diuersas partes, neutrum deno-
minat totum ex vi sermonis, sed
vtraque est falsa, sicut pater de
scuto, cuius vna medietas est al-
ba, & alia medietas est nigra, fal-
sum est enim enunciare, siue al-
bū siue nigrum simpliciter nec
philosophus. 5. Physic. curauit de
logica, sed de ipsa realitate secu-
dum qd aliquid dicitur triplici-
ter moueri. Quādo aliquid pre-
dicatum natum est inesse to-
ti per aliquam partem, quia
sibi præcise inest, tunc ex hoc
quod denominat partem, se-
quitur, denominat totum, quia
denominat ipsum, sicut natum
est ipsum denominare, quemad-
modum visio nata est inesse ani-
mali præcise secundum oculos,
& ideo si secundum illos inest,
de virtute sermonis inest toti,
ita si sanari natum est præcise
vel principaliter inesse homini;

secundū thoracem. hoc est secu-
dum cor. quod intelligo per tho-
racem, potest sic dici animal sa-
num simpliciter, quia thorax est
sanus, si tamen secundum aliam
partem aque sit natum inesse
hoc, & oppositum secundum
quod denominat hanc partem,
non dicitur simpliciter animal
sanum, quia tunc duo opposita
possunt simul enunciari de eo-
dem. Ita ad propositum dico, qd
si creatura non est nata enun-
ciari de toto ratione partis, nisi
forte illius partis, a qua totum
habet esse primum, vel ratione
totalis esse totius. & humanitas
vel natura humana in Christo
non sit primum esse Christi, nec
esse totale eius. non potest de
Christo ratione naturæ creata
enunciari hoc quod est creatu-
ra, neque simpliciter neque cū
reduplicatione. ¶ Et si obijcia-
tur quod duo opposita conce-
duntur esse vera de Christo, si-
cut mortale & immortale. pas-
sibile & impassibile. ergo crea-
tor & creatura. ¶ Dico quod cō-
tradictoria nunquam conce-
duntur esse vera de Christo, si-
cut nec de quocunque alio, quia
& si ratione duarum naturarū
opposita proprietates affirma-
tiue dicantur de toto, quia suf-
ficat ad hoc quod vtraque af-
firmatiua habeat aliquam cau-
sam veritatis secundum quam
possit inesse subiecto, tamen ne-
gatiue illarum affirmatiua-
rum simul eidem inesse sim-
pliciter est impossibile, & ita
contradictoria nunquam sunt
simul vera, immo sicut est pas-
sibilis, & impassibilis, ita fal-
sum est ipsum non esse passibi-
lem, & similiter ipsum non esse
impassibilem.

In aliquo
bus origi-
nibus po-
nuntur his
duæ ratio-
nes ad pro-
bādu par-
tes thac.
q. negati-
uam que
re in repro-
batis.

Bar. vñdo
primā so-
lutionē ad
primū pñ
cipale. q.
preceden-
tis.

A QVAESTIO. III.

Utrum Christus incepit esse.

ER T I O queritur.
 Vtrum Christus ince-
 pit esse? Quod sic
 videtur. quia Chri-
 stus nominat sup-
 positum duarum naturarū secu-
 dum. Dama. c. 49. Sed suppositū
 duarum naturarū incepit esse.
 ergo &c. ¶ Præterea. quod ince-
 pit esse. secundum esse substan-
 tiæ. incepit esse simpliciter. quia
 esse substantiæ. est esse simplici-
 ter. Christus incepit esse secun-
 dum esse humanum. quod est
 esse substantiæ. igitur &c. ¶ Præ-
 terea. quod generatū incepit esse
 simpliciter. quia secundū Arist.
 s. physi. generatio est a non esse
 ad esse simpliciter. Christus ge-
 nerabatur igitur &c. ¶ Præterea.
 verbum incepit esse homo. er-
 go Christus incepit esse. proba-
 tio consequentiæ. quia quando
 de aliquo dicitur incipere deter-
 minatum per aliquod prædica-
 tum de illo toto dicitur incipe-
 re. sicut si sortes incipit esse al-
 bus. sortes albus incepit esse. er-
 go similiter in proposito. ¶ Con-
 tra. Io. 8. antequam Abraam fie-
 ret ego sum. ergo ab æterno. er-
 go. non incepit esse. ¶ Item Da-
 ma. c. 50. homo ille fuit sine prin-
 cipio. sed inceptio ponit prin-
 cipium. ergo non incepit esse.

Quare
 ibi. 3. par
 te. 9. 16.

H I C S U N T D V O con-
 sideranda. ¶ Vnum ex parte su-
 biekti. ¶ Aliud ex parte prædica-
 bonæ. ¶ Et ti. ¶ Ex parte subiecti. an totum
 alius hic ens per accidens possit stare re-
 & maxi- spektu huius prædicati. ratione
 me garru suæ totalitatis. an ratione par-
 tes nomi- formalis. an præcise ratione par-
 tiales. principalis. sicut si sortes albus

dicatur incipere esse. vtrum su-
 biektum possit accipi respectu
 prædicati pro toto ante per ac-
 cidens an pro ipsa albedine vt. f.
 totum dicatur incipere. quia al-
 bedo incipit esse in toto. vel so-
 lum potest accipi pro ipso subie-
 kto de quo dicitur albedo. ¶ Et
 quia hæc difficultas non videt
 esse in subiecto respectu alio-
 rum prædicatorum. ideo vide-
 tur esse difficultas ex parte præ-
 dicati videlicet. an inceptio enūcia-
 ta per prædicatum totius ratione
 totalitatis suæ vel ratione alte-
 rius partis. & si ratione partis cu-
 ius partis? Videtur qd de vi fer-
 monis nō possit respectu huius
 prædicati subiectum magis ar-
 ctari. quā respectu alterius præ-
 dicati. quia quod ponitur in vno
 extremo non determinat illud. D
 qd ponitur in altero extremo.
 posset autem respectu alterius
 prædicati accipi secundum ra-
 tionem totalitatis suæ. siue se-
 cundum rationē partis forma-
 lis. vt sicut si albedo faceret per
 se vnum cum homine esset hæc
 per se primo modo. homo al-
 bus est coloratus. licet hæc non
 esset per se. homo est coloratus.
 quemadmodum ista est per se
 secundo modo. animal rationa-
 le est risibile. licet hæc non sit
 per se aliquo modo. animal est risi-
 bile. Ita si Christus imponatur
 ad significandum verbum ho-
 minem secundum Dama. 49. c.
 poterit de hoc subiecto prædi-
 cari aliquid. vel ratione totius.
 vel ratione partis alicuius. sicut
 igitur si Christus secundum hu-
 manitatem est mortuus. Chri-
 stus est mortuus. ita si secundū
 humanitatem incepit esse. Chri-
 stus incepit esse. ita qd si hoc præ-
 dica-

A dicatum possit vere enunciari de hoc subiecto rōne illius par-
tis subiecti, vñ q̄ simpliciter pos-
sit enunciari de eo. ¶ Restat er-
go, q̄ totum sit ex parte prædi-
cati, vtrum incipere esse dicat
inceptionem secundum primū
esse eius, de quo dī, vel secundū
quodcunque esse simpliciter il-
lius. ¶ Quia si primo modo, ista
propositio est falsa, sicut & illa,
Christus creatur. ¶ Si secundo
modo, cum quodlibet esse sub-
stantiæ sit esse simp̄r, & Chri-
stus incepit esse s̄m esse huma-
num, qd̄ est esse substantiæ, Chri-
stus incepit esse simpliciter, s̄m
magis vñ esse de virtute sermo-
nis, quia sicut esse s̄m enunciat
esse simpliciter & non ex vi ser-
monis, primū esse illius de quo
dī, si subiectū habeat plura esse
sicut Christus, ita & incipere de
terminatum per secundum esse
vñ dicere inceptionem in esse
simpliciter, non aut in esse pri-
mo illius subiecti. Simpliciter
ergo de vi sermonis posset con-
cedi, q̄ Christus, s̄m q̄ impor-
tat hoc qd̄ est verbū hō, incepit
esse, hoc est hēt aliqd̄ esse sim-
pliciter, qd̄ prius non habuit, li-
cet illud nō sit primū esse Chri-
sti. ¶ Hoc mō ēt posset concedi
ista propositio, iste homo ince-
pit esse, de subiecto demonstrā-
te suppositum, non tñ nude, q̄a
non in natura diuina, sed vt in
natura humana verum est enun-
ciare inceptionem simpliciter
illius subiecti, ita quod non ha-
beat concedi filius Dei incepit
esse, sicut Christus, vel iste ho-
mo incepit esse, quia esse huma-
num est esse simpliciter Christi,
vel istius hominis, nō autem est
esse verbi simpliciter, quia licet
de verbo dicat esse simpliciter,

quia esse substantiæ, non tñ est
esse simpliciter verbi, quia respe-
ctu verbi est esse quasi aduenti-
tium, & quasi esse accidentis re-
spectu subiecti, non aut est ita
aduentitium esse respectu Chri-
sti, vel respectu istius hominis.
¶ Et si dicās, q̄ iste homo nō po-
test supponere, nisi pro supposi-
to natura diuine. Dico quod ve-
rum est, tamen potest suppone-
re pro illo, vt est suppositum in
natura humana, sicut fortes al-
bus supponit pro supposito sub-
stantiæ, tamen vt in albedine exi-
stens. Sancti tamen noluerunt
concedere istam propositionē
propter hereticos qui dixerunt
Christum simpliciter incipere,
quantum ad primum esse, po-
nentes cum esse puram creatu-
ram, sed incipere esse non im-
portat hoc quod est creatura.
¶ ARGUMENTA patent,
quia procedunt secundum q̄
de Christo ratione duarum na-
turarum dicuntur proprietates
vtriusque naturæ, & ita rōne na-
turæ diuinæ & humanæ potuit
simpliciter incipere, & non inci-
pere esse.

*** POST PRÆDICTA**
QVÆRITVR &c.

DISTIN. XII.

QVÆSTIO. VNICA.

Verum Christus potuerit peccare.

In ista dist.
12. in qua magi-
ster agit de condī-
tionibus naturæ
assumptæ quæri-
tur vnum. ¶ Verum. s. Christus
sco. sup. iij. Sen. G po.

a. l. soles
et quare
&c.

